Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

In gallicantu.

GRates nunc omnes reddamus domino deo qui sua natiuita
qui sua natiuitate nos liberauit de dyabolica potestate.
Huic oportet ut canamus cum angelis semper gloria
in excelsis. In primo mane.

EIa recolamus laudibus piis digna. Huius diei carmina in qua nobis lux
oritur gratissima. Noctis inter nebulosa pereunt nostri criminis umbra
cula. Hodie seculo maris stella est enixa noue salutis gaudia. Quem tre
munt barathra mors cruenta pauet ipsa a quo peribit mortua. Gemit capta pestis
antiqua coluber liuidus perdit spolia. Homo lapsus ouis abducta reuocatur ad
eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina angelorum celestia. Quia erat drag
ma decima perdita et est inuenta. O culpa nimium beata qua redempta est natu
ra. Deus qui creauit omnia nascitur ex femina. Mirabilis natura mirifice
induta assumens quod non erat manens quod erat. Induitur natura diuinitas hu
mana quis audiuit talia dic rogo facta. Querere uenerat pastor pius quod perie
rat. Induit galeam certat ut miles armatura. Prostratus in sua propria ruit
hostis spicula auferuntur tela. In quibus fidebat diuisa sunt illius spolia cap
ta preda sua. Christi pugna fortissima salus nostra est uera. Qui nos suam
ad patriam duxit post uictoriam. In qua sibi laus est eterna. Ad publicam missam.

NAtus ante secula dei filius inuisibilis interminus. Per quem fit machina celi
et terre maris et in his degentium. Per quem dies et hore labant et se iterum re
ciprocant. Quem angeli in arce poli uoce consona semper canunt. Hic corpus assump
serat fragile sine labe originalis criminis de carne marie uirginis quo primi paren
tis culpam eueque lasciuiam tergeret. Hoc ~~culpa~~ presens diecula loquitur prelucida
adaucta longitudine quod sol uerus radio sui luminis uetustas mundi depulerit ge
nitus tenebris. Nec nox uacat noui syderis luce quod magorum oculos terruit scios.